



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Avgvstini Valerii, Veronensis Episcopi, De Rhetorica  
Ecclesiastica Libri III. Perqvam Ervditi**

**Valiero, Agostino**

**Coloniae, 1582**

Quo modo fiat tragica rerum expositio. Cap. XIX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69050](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69050)



exasperavit, non usus decepit assuetos, non feros natura possedit; docuerunt religionem, dum adorant martyrem; docuerunt etiam castitatem, dum virgini nihil aliud, nisi plantas exosculatur, demersis in terram oculis, tanquam verecundantibus, nè mas aliquis vel bestia virginem nudam videret. Hæc figura sententiarum, maximè adhibenda est ad docendum aliquid. frequenter in genere demonstratiuo. Ità sub adspectum ponere poterit Ecclesiasticus orator reipù. Christianæ calamitatem, cùm docuerit, vitandum amorem huius mudi. Considerate fratres, intuemini imaginem orbis terræ; maior pars, impia Mahumeti tyrannide oppressa est; In ijs, qui Christum agnoscunt Deum, quot monstra opinionum? quot portenta heresum? quàm varij & pestiferi errores, multorum mentes infecerunt? nos qui sanctam matrem Ecclesiam sequimur, & in fide non erramus, nostram fidem operibus non cõfirmamus: vix fides, vix sinceritas, vix pudor apud nos reperitur.

Quo modo fiat tragica rerum expositio.

Cap. XIX.

**I**LLVSTRIS etiam explicationis est, lamentabilè aliquid et acerbum tragicè exponere, tum misericordie commouèdæ causa, tum horroris; huiusmodi exemplum est apud beatum Basilium, & in oratione de martyre Gordio: Tot a vrbe tumultus erat, summaquæ rerum omnium perturbatio, à viris sanctissimis atque integerrimis prædæ abigebantur, pecunia diripiebantur, hominum, Christi amantium corpora lacerabantur, per mediam urbem matronæ trahabantur: non pueritiæ miseri-



cordia erat, non verecundia senectutis; innoxij & inson-  
 tes homines supplicia facinorosorum sustinebant, ad re-  
 cipiendos iustos carceres augusti, domus opulenta & co-  
 piose deseriebantur, profugorum & miserorum exulum  
 plena solitudines. Interdum calamitosis his temporibus,  
 ubi ad preces Deo fundendas populus excitatur, adhiben-  
 da est hæc tragica expositio, verbi causa; De amissa Ni-  
 cosia nuncius est acceptus, ita narret: Assur immanis-  
 simus Turcarum tyrannus, virga furoris & baculus ira Domi-  
 ni, ita (eo permittente) percussit nos, regnat, & indies  
 crescit impietas, triumphat dira crudelitas, regnum no-  
 bilissimum in tyranni potestatem redactum est; opulen-  
 tissima vrbs, regni caput, Archiepiscopatus sedes capta  
 est, sanctissima templa vastata; qui reipub. Veneta nomi-  
 ne regebant, primarij etiam illius regni viri miserabiliter  
 obruncati, violata virgines: igne & flamma decor ex-  
 tinctus ciuitatis, casi innumerabiles homines, multi etiã  
 captiui, vt haberent, vnde Christiani nominis hostes in-  
 sultarent, Byzantium sunt perducti. Quibus rebus ante  
 oculos positis, hortari poterit ad preces, atque etiam ad  
 orandum pro illis, qui pro Christo fortiter occubuerunt.

## De vitæ &amp; morum imitatione.

## Cap. XX.

**B**EATVS Basilus in extrema oratione in diuites  
 eorum mores imitãdo exprimit, dum cogitationem  
 eorum & sermonem proponit, qui mortuos nefariè com-  
 pilant, nec ijs propter auaritiã iusta persoluunt. Si di-  
 uitiarum, inquit, es cupidus, nihil alijs facias reliqui for-  
 tunarum tuarum, omnia tua facito, omnia deporta, ne  
 pecu-